



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Baptismvs IV. quoad suscipientem & patrinum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

BAPTISMVS IIII. 65

tum ab obstetricie, donec cognoscatur ex ea
quomodo baptizauit: & si videat illam-re-
cte baptizasse, non rebaptizet, ne sub con-
ditione quidem, sed suppleat reliqua omnia.
Quod si aliquis ante præmissam hanc dili-
gentiam rebaptizet bona fide, sub conditio-
ne, peccabit quid; sed non erit irregularis in
fôro interiori, nec exteriori. ibidem. Peccat
mort. qui in baptismate vngit chrismate ve-
teri eum qui erat extra periculum mortis. c.
27. num. 7. §. 8. & c. 2 §. num. 75.

BAPTISMVS IIII.

Quod ad suscipientem & patrinum.

PECCAT mort. adultus qui baptizatur
impenitens. cap. 22. num. 6. §. 4. idem de
illo qui permittit se rebaptizari; nisi excuse-
tur ignorantia de qua in tit. præcedenti di-
ctum est. cap. 27. num. 246.

Quæ contritio sit necessaria ad baptismū
vide tit. Attritio. lit. E. & copiosius tit. pœ-
nitentiae Sacramentum lit. C. D.

Ex baptismo nascitur quædam cognatio
spiritualis inter baptizantem, & baptizatum;
baptizatique patrem & matrem, & inter
patrimum & baptizatum, eiisque patrem &
matrem. vide tit. matrimonium. X. §. V.
lit. B. C.

E

B A



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN